

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Q VARTVS

molossicus secum una poemata fecisse uidebatur: & ubi iuxta phrynicum non elatus aut turbidus sed mitis incedit atq; placidus. Dicebat igitur Homerū quidem epicum esse Sophoclē: Homerum uero sophoclem tragicū. Obiit iam uentulus ex phthisi: reliquitq; opuscula plurima: nostrumq; est de eo carmen.

Non audis hominum tristem polemona dolorem

Teximus: hic morbi quem posuere graues.

Non polemon saxo tegitur. sed inane cadauer

Hoc ad clara uolans astra reliquit humi.

Crates Atheniensis.

CRates Atheniensis patre Antigene ortus pagothriasis fuit auditor simul amatorq; polemonis illiusq; successor scholae. ita uero sibi p̄suere inuicē ut non modo uiuentes eadē sint studia secuti: uerū ad ultimam fere respirationē alterutrum similes fuerint: & mortui eodē sepulchro sint cōditi. Vnde & antagoras ambos uersu laudauit in hanc sententiā. Hoc tumulto cratem ac polemonē conditos fatere qui transis o hospes uiros consensu aiorum p̄cipuos: quorū diuino ex ore doctrina manauit sacra: uitaeque mundicies Sapientiae adiuncta ueris certisq; persuadēs dogmatibus ornauit saeculum. hinc & Arcefilaum cum ad eos a Theophrasto diuerteret dixisse ferunt: illos deos esse aliquos aut aurei saeculi reliquias. Erant enim ingenio minime uulgari aut multitudinis fauoribus dedito: Sed quod de Dionysodoro tibicine fertur: illis cōuenientissime aptari pōt: quem aliquando dixisse tradunt & exultantem atq; gloriātem quod nihil ex suis pulsibus neq; in t̄remi neq; ad fontē unq̄ audiuisset: sicut Ismenii. Coenare apud Crantorē solitū refert Antigonus concorditer ambobus Arcefilao etiā adiecto uiuentibus. habitasse item Arcefilaū una & Crantorē polemonēq; una cum Crate & Lyide quodam ex ciuibus. Erat aut̄ inquit amator ut p̄dictū est: polemonis quidē Crates: Cratoris aut̄ Arcefilaus. moriens aut̄ Crates ut apollodorus i tertio chronicorum ait libros reliquit aliosq; dem philosophicos. De comœdia alios: Orationes itē populares alias & de legationibus alias. habuit & discipulos sane memorabiles: horum ex numero fuit arcefilaus auditor suus de quo in consequentibus dicemus: & Bion itē horistenes ac postremo theodorus: a quo secta theodorica denominata est: de quo itē suo loco dicemus. Decem uero fuerunt Crates: primus antiquae comœdiae poeta: Secundus orator tralhanus de Isocratis familia: Tertius uallorū effossor qui cū alexandro militauit: Quartus cynicus de quo postea dicemus: Quintus philosophus peripateticus: Sextus academicus quē p̄diximus: Septimus malotes gramaticus: Octauus qui geometrica scripsit: Nonus poeta epigrammatum: Decimus trasensis academicus philosophus.

Crantor solensis.

CRantor solensis cum apud suos haberetur in gloria: concessit athenas: ibique Xenocratis auditor polemonisque socius in discendo fuit: